



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553


N.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)



*Solius Præpositi Generalis erit usum hujus facultatis concedere.*



## MISSIONES.

Vide verbo *Generalis*. §. 2. & 3. & verbo *Pralati*. §. 1.



## MONIALES.

**A**N Nostri possint compelli ad Monialium curam recipiendam, &c. Vide verbo *Exemptio*. §. 10.



## NOTARIUS.

*Facultas deputandi Notarios, &c.*




**R**æpositus Generalis, ac Provinciales in unaquaque eorum Provincia, possunt creare & deputare in Notarios, unum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures Religiosos Societatis, qui probi sint, & fide doctrinâque idonei, qui intimare possint, quoties requisiti fuerint, omnia & singula mandata, privilegia, concessionem, & indulta, ac Societati, seu ejus personis concessa, & emanata rescripta Aposto-

Ap  
aut  
ret  
om  
cor  
fice  
jud  
cos  
der  
eis  
Bu  
pœ  
chi  
nic  
adj  
tor  
dat  
Pa  
bu  
pra  
ter  
"E'



Apostolica, quibusvis personis secularibus, aut Ecclesiasticis: eosque monere, & requirere, juxta prædictorum tenorem, aliæque omnia opportuna exsequi, & de his publica coram testibus requisitis instrumenta conficere, quibus eadem adhibeatur fides in judicio & extra, ac si per alios authenticos Notarios fuissent authenticata; ac eosdem sic intimatos, monitos, & requisitos eis arctari debere. Concessit Pius v. per Bullam Ordini Prædicatorum, adjectâ pœnâ suspensionis à Divinis quoad Archiepiscopos, & Episcopos; & excommunicationis ipso facto quoad inferiores, adjectis itèm maximis clausulis derogatoriis. Habetur in Bull. comm. est 124. dat. 21. Mar. 1571. Incipit: *Debitum Pastoralis.*

*Facultas hæc communicatur Provincialibus: quâ tamen non utantur, nisi quando prædicta per externos commodè fieri non poterunt.*



## NOVITII.

§. I.

*Superiores admittunt Novitios.*

Tam





Tam in eorum admiffione ad Societatem, quàm ad Scholasticorum vota, post biennium Novitiatûs, juxta Societatis morè per Superiores admittendi sunt. Gregorius XIV. Constit. pag. 97.

## §. 2.

*Superiores tam in Novitiis admittendis, quàm in dispensationibus cum eis, retinent auctoritatem, &c.*

Tam in Novitiis, cujuscumque generis illegitimis admittendis, quàm in dispensationibus ad quælibet Officia, gradus, & dignitates in Societate, ipsis cujusvis generis illegitimis concedendis, formam, & rationem omnimodam in illis Apostolicis diplomatis, ac privilegiis quibuscumque, nec non in Constitutionibus, Decretis, & Regulis expressam, liberè & licitè prosequi, & retinere posse Societatem, decernit, & quatenus opus sit de novo concedit Gregorius XIV. in litteris pag. 102.



## OFFICIA.

## §. I.

*Absolutio ab Officiis, & eorum distributio.*

Abso-

jud  
trib  
ner  
auepor  
pag  
illu  
pot

dot

cra

am  
scie  
nor  
gul